



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XII. Vereinigung des Klosters Krevese mit dem Kloster Dobbertin wegen
des Dorfes Lärz im Mecklenburgischen, vom 21. September 1249.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

XI. Graf Siegfried von Altenhausen verkauft all sein Eigenthum, das er im Lüneburgischen besessen, dem Herzoge von Braunschweig, im Jahre 1242.

Siffridus, Dei gratia Comes de Oldenhusen, Omnibus hoc scriptum visuris vel audituris in perpetuum. Quoniam varios rerum euentus diuersi successus temporum comitantur, nostri temporis actibus testimoniis literarum necessario preuidemus, ne simul cum tempore a memoria euanescant. Ad noticiam ergo tam futurorum quam presentium volumus pervenire, quod nos, de omnium heredum nostrorum voluntate pariter et consensu, omnem proprietatem nostram, quam habuimus per totum dominium Lüneborch, dedimus Domino nostro, illustri Duci de Brunelwich, consentientibus Luthardo et Luthardo de Meinersen per omnia isti facto. Vt autem hec nostra donatio nulli sit dubia, et in posterum a nemine infringatur, presentem paginam inde conscriptam, que testimonium perhibet de re gesta, sigilli nostri appensione roborauimus ad cautelam. Huius rei testes sunt: Comes Hermannus senior de Woldenberch. Ekbertus de Affeborch. Fridericus et Ludolfus de Esbeke. Geuehardus et Ludolfus de Bortuelde. Thidericus de Area, et alii quam plures. Datum Brunelwich. Anno Domini MCCXL. secundo.

Orig. Guelf. IV, 146.

XII. Vereinigung des Klosters Krevese mit dem Kloster Dobbertin wegen des Dorfes Lärz im Mecklenburgischen, vom 21. September 1249.

Dei gratia Henricus Prepositus et conventus Sanctimonialium in Crevese et Volradus prepositus in Dobrotyn et Conuentus Sanctimonialium in Dobrotyn uniuersis in perpetuum. Notum sit omnibus, quod nos de unanimitate consensu capitulorum nostrorum unum convenientes super controversia, que inter nos de Villa Lufiz versabatur litibus per omnia renunciantes, compromissimus in arbitros videlicet Prepositum Stephanum de Robele, Magistrum Erkenfridum, Scolasticum Guzgouensem, fratrem Ekbertum de Mirowe, Henricum Dargaz, Arnoldum advocatum de Robele, Rudolfum Rone, ut quidquid hy sex inter nos super memorata causa arbitrando decernerent, ratum inuolabiliter cessantibus omnibus litibus seruaremus. Qui arbitantes assignauerunt jam dictam villam Lufiz Ecclesie Dobrotynensi perpetuo possidendam ita tamen, quod Ecclesia Dobrotynensis dabit Ecclesie Crevese pro impetitione sepedicte ville Sclavicornum denariorum in festo purificationis proximo persolvendos, Insuper (ad) societatem inter predictas ecclesias conservandam, sub pena trecentarum marcarum Vallantes arbitrium memoratum, ne a nobis vel successoribus nostris possit rescindi, sed quecumque partium violaverit, punietur alteri pena pecuniaria memorata. Testes dominus Nicholaus dominus de Werle, Domicelli Henricus et Johannes, arbitri predicti, milites Johannes de Havelberghe, Gerzlaus, Unizlaus et alii quam plures laici et clerici. Ut autem hec rata perma-

neant, sigillo domini Nicholai de wer:æ et sigillis nostris et utriusque conventus, scilicet Crensis et Dobrotynensis, duximus roboranda. Acta sunt hec anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo nono. Datum in Robele, undecimo Kalendas Octobris.

Stubloff Cod. dipl. Megapol. I, 36. 37.

XIII. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad überlassen der Stadt Osterburg eine Wiese, im Jahre 1269.

Omnibus in perpetuum. In nomine sancte et individue Trinitatis, Johannes, Otto et Conradus, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses. Non inutili providentia credimus extitisse statutum, ut in legitimis contractibus scripturarum testimonio juvaretur, ne fuscitarentur abolute questiones et inorbum paterentur sopite controversie recidivum. Ideoque notum esse volumus, tam presentis temporis Christi fidelibus quam futuris, quod nos civitati nostre Osterburgh pratum quoddam, appellatum Seggewisch magnum, situm juxta preactam civitatem, dimisimus pro viginti et ducentis marcis Brandenburgensis argenti, cum curia sita in eodem prato, lignis, pascuis, paludibus, graminibus, viis et inviis et omnibus attinentiis proprietatis titulo perenniter possidendum. Ut ergo hujus venditionis et dimissionis jam dicte contractus eidem civitati perpetuis temporibus maneat inconvulsus, presentem paginam super his conscribi iussimus, et sigillorum nostrorum apicibus communiri, adhibitis nihilominus testibus idoneis, quorum nomina sunt hec: Johannes de Buch, Fridericus de Eckstede, Cunradus de Quizau, Cunradus de Piverling, Busse de Jerckschleven, Johannes de Kerkau Milites, Fridericus de Osterburgh, Advocatus in Tangermunde, famulus, et quam plures alii fide digni. Acta sunt hec in Tangermunde, Anno Dominice incarnationis MCCLXIX.

Senz Br. Urk. S. 59. Beckmann's Besch. V, I, VII, Sp. 18. Für de Piverling hat letzterer Abdruck de Snelinge und für de Jerckschleven hat er de Jackleve.

XIV. Die Markgrafen Otto, Albert und Otto schenken der Stadt Osterburg die Dorfstätte Pynnow mit deren Zugehörungen, am 19. Januar 1280.

Otto, Albertus et Otto, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod nos civitati Osterborg libere dimisimus locum quendam, qui Dorpstede Pynnow dicitur, et omnes situs, pertinentes ad eundem locum, cum distinctionibus terminorum, qui Marckfcede dicuntur, et limitibus situum sive meatuum antiquitus observatis, sicut